

occurrat in Majori Hebd., vel intra Paschatis Octavam servetur omnino dispositio Generalium Decretorum diei 11. Mart. 1614 ac 14. Junii 1692. n. 4873 die 31. Aug. 1839.

PISTORIEN.

Vd. supra decr. n. 3926.

Quum Sacerdos Antonius Raffanelli hodiernus Parochus Ecclesiae SSmae. Annuntiationis Deiparae in Civitate Pistorien. S. R. C. enixe rogarit ut confirmare dignaretur ibi investam consuetudinem, etiam in Quadragesima cum Octava instituendi Festum Titulare Annuntiationis B. M. V.; Emi. et Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus audita a R. P. D. Secretario relatione, rescribendum censuerunt: „Negative et serventur omnino Rubricae. n. 4903 die 12. Sept. 1840.

4) Vesperae.

Cf. Sept. dolor. B. V. M. (Off.)

Currente festo 7 dolor. B. V. M. in 1. vel 2. Vesperis cum festo Annunt., quod est 2. Class., omittendam esse commemorationem Officii 7 dolor. n. 2883 ad 4 die 6. Maji 1679; n. 2594 ad 4 die 3. Sept. 1672.

Vesperae festi Annuntiationis B. V. M. translati concurrentes cum primis diei festi s. Marci recitantur integrae de Annuntiat. ob praestantiam dignitatis, non propter qualitatem praecepti. Idem dicendum de festis Domini. n. 4119 ad 3 die 2. Sept. 1741.

In occursu Officii 7 dolor. B. V. M. cum ejus Annuntiationis festo nulla in Vesperis fit commemor. 7 dolorum. n. 4119 ad 10 die 2. Septembris 1741.

ANNUNTIATIO FESTORUM.

Vd. Martyrologium.

S. ANSELMUS.

1) Abbas.

Utrum transfer. cadens in 3. die Martii?

Vd. S. Cunegundis, (decr. n. 4043.)

2) Qui?

De lectionibus, Vd. Lectiones de Sanctis (decr. n. 4044).

ANTICIPATIO BREVIARII.

1) In Choro.

Vd. Chorus (tempus; praecipue decr. n. 4924).

2) Sacerdotum singulorum.

BEATISSIMO PADRE.

Giovanni Battista Rostaing Sacerdote della Compagnia de Gesù supplica umilmente la Santità Vostra a volergli benignamente concedere la facoltà di anticipare la recita di Vespero, e Compieta dopo le ore dieci del mattino, e quella del Mattutino e Laudi del di seguente dopo il mezzo giorno anche con un compagno. Che ec.

„SSmus., referente subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia benigne annuit juxta preces; sed in actu s. Missionum tantum.“ Contrariis etc. n. 5095 die 13. Aug. 1847.

ANTIPHONA B. V. M.

1) Dicenda non est,

si statim subsequatur Missa.

Ad dubium: An possit omitti in choro Antiphona B. V. M. in fine Officii, licet immediate sequatur missa, quam vocamus convent., quae tamen juxta rubricas Missalis tit. 3 n. 1 et 2 tit. 15 n. 2, cum non cantetur a choro, sed submisce recitetur a Celebrante, vere conventualis dici non potest, nec pars Officii antecedentis?

pro defunctis ad cujus assistentiam teneantur Chorales.“

Ad 2. „Negative.“

Atque ita S. C. rescripsit, et servari mandavit. n. 5224 ad 7 et 8 die 14. Maji 1856.

2) Genuflectendo dicenda.

Vd. Preces (genufl.)

3) Stando dicenda.

Antiphonae B. V. M., quae dicuntur stando a vesperis Sabbati, dici etiam debent stando in fine Laudum, si recitentur die dominico ante occasum solis pro fer. 2. n. 4526 ad 6 die 7. Sept. 1816.

Ad dubium: an cum recitatur Matut. pro fer. II. in dom. praecedenti ante solis occasum, genuflecti debeat ad Antiphonam finalem B. V. M.? S. C. resp.: Negative, et standum esse, dum Matutinum recitetur ante solis occasum. n. 4549 ad VIII. die 25. Aug. 1818.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Curnum excitetur hoc dubium, et quatenam sit dubitandi ratio, nec video nec intelligo. Nonne clara est Rubrica de Antiphonis finalibus B. M. V. num. 3, ubi legitur: *Dicuntur autem flexis genibus, praeterquam in diebus Dominicis a primis Vesperis Sabbati, et toto tempore Paschali: ad quem Rubricae locum notat cl. Gavantus num. 17: Dicuntur flexis genibus praeterquam in diebus Dominicis a primis Vesperis Sabbati ex Conc. Niceno etc. Synodo Turonensi ob Dominicam Resurrectionem: et num. 19 etiam clarius: Sicuti hic standi ritus incipit a primis Vesperis Dominicae, non a media nocte, ita desinit in occasu Solis ejusdem Dominicae more Indulgentiarum; et post occasum Solis non est amplius standum in Oratione; itaque si Rubrica*

S. C. resp.: Servetur rubr. 36 n. 3 circa missam, quae habenda est tamquam conventualis. n. 3710 ad 8 die 14. Febr. 1705.

Se nei giorni in cui la Rubrica vuole che nella Messa Conventuale dopo Nona si possa, o si debba lasciare l'Antifona finale della Madonna *pro tempore*, e cantare immediatamente l'Introito, l'Antifona corrente, e dopo l'Oratione di esse ch'è il compimento della divina Salmodia, e quindi si debba incominciare a cantara la Messa?

S. eadem C... rescribendum censuit: „Nihil dicendum, sed immediate post Versum: *Benedicamus Domino* Missam inchoandam.“

Atque ita rescripsit. n. 5085 ad 4 die 27. Febr. 1847.

Ad dubium: 1. In titulo 36. Rubricarum generalium num. 2 et 3 praescribitur, omittendam esse Antiphonam B. M. V., quando post aliquam Horam sequuntur Litaniae vel Missa: an intelligitur de Missa tantum Conventuali, aut alia qualibet lecta, quae non est Conventualis, quum ista dicenda sit post Nonam, sed solum cum praesentia Communitatis in Choro?

2. Utrum praedicta Antiphona B. M. V. dicenda sit post Nonam in Choro in Litanis majoribus Feriarum Rogationum et S. Marci, quae ordinantur in Ecclesia post discessum Communitatis a Choro dissito a Sacristia, et post paululam moram in ea factam ad ministrum se parandum, cum in praedicto num. 2. Rubricae generalis dicatur: *In Choro autem semper dicitur, quandocumque terminata aliqua Hora discedendum est a Choro.*

Emi. et Rmi. P. rescribendum censuerunt:

Ad 1. „Antiphonam B. M. V. omittendam esse tantum, si immediate subsequatur Missa Conventualis, vel alia Missa solemnitas tam pro vivis, quam

praecipit, standum esse in Dominicis; si id fit ob Dominicam Resurrectionem; si a primis Vesperis usque ad occasum Solis Dominicae non genuflectitur; si regula standi urget ratione diei, non ratione Officii; recta consequitur, quod recitans Matutinum cum Laudibus pro Feria II. ante occasum Solis diei Dominicae, ad finalem Antiphonam stare debet. Jure autem dixi, standum esse ratione diei, non ratione Officii; nam etiam in hypothesi, quod rubrica satis clara non esset, et ambiguitatem involveret; nihilominus ex constanti Ecclesiae praxi omne Dubium solvitur. Nonne stamus in Dominicis, etiamsi hae vacent, prout accidit in illis, quae occurrunt a *Nativitate Domini ad Epiphaniam*? Nonne flexis genibus recitamus finalem Antiphonam, dum reponitur Officium Dominicae die feriali, scilicet 30. Dec., vel dum anticipatur pariter in Feria una ex Dominicis post *Epiphaniam*, vel 23. post *Pentecosten*? Longe secus fieri opus foret, si regula standi non a qualitate diei, sed a qualitate Officii petenda esset: Igitur quodvis Officium sit satis est, quod in Dominica persolvatur ante terminum praescriptum ad standum, ne sit genuflectendum. Quoniam vero termini diei Dominicae non sunt a media ad mediam noctem, sed a primis Vesperis ad Solis occasum, ideo cessat regula standi, si post occasum solis recitetur Matutinum pro sequenti Feria II. Apte igitur Gavannus prosequitur: *Quod hi notent, qui Vespere recitant Officium Ferae II. post salutationis Angelicae signum datum sub noctem.*

Ad dubium: Juxta Rubricam Breviarii tit. 36 num. 3, et Decreta Sacrorum Rituum Congregationis die 7. Septembris 1816 et 25. Augusti 1818 antiphona finalis Beatae Mariae Virginis praeter tempus Paschale dici debet stando omnibus diebus Dominicis infra

Annum a primis Vesperis Sabbati usque ad occasum Solis ipsius Dominicae. Quaeritur ergo: 1, a qua hora Sabbati incipiant primae Vesperae tam in Quadragesima, quam aliis temporibus? 2. An hic occasus Solis possit intelligi usque ad crepusculum vespertinum more Indulgentiarum? 3. An a primis Vesperis Sabbati usque ad occasum Solis in Dominica semper standum sit, etiamsi non recitetur Officium Dominicae, sed vel Sabbati, vel feriae secundae? 4. Utrum sit genuflectendum, si post occasum Solis Officium Dominicae recitetur? S. C. resp.:

„Serventur Rubricae, et ad quaestionem primam consolantur Theologi: ad quaestionem secundam, affirmative: ad quaestionem tertiam, affirmative: ad quaestionem quartam, negative.“ n. 4669 ad 45 die 12. Nov. 1831.

Ad dubium: Antiphona finalis B. M. V. estne recitanda stando, etiam in Sabbatis Quadragesimae in Vesperis, quamvis Vesperae ante meridiem persolvantur? „Affirmative.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad 30 die 16. Aprilis 1853.

ANTIPHONAE.

1) Pro Commemorationibus.

Vd. *Versus* (unde sumendi etc., decr. n. 4044).

Ad dubium: an occurrente festo C. non P. infra octavam alterius festi pariter C. non P., pro commemor. octavae in laud. desumenda sit antiphona ex 2. vel 1. vesp.? S. C. resp.: negative ad primam, affirmative ad secundam partem. n. 4378 ad 11 die 15. Junii 1776.

Ad dubium: Quando recitatur de s. Confessore et in laud. fieri debet commemoratio de infra octavam alterius Confess. propriam non habentis; quaeritur: unde desumenda est Antiphona

ex 1. vesp. an ex 2., cum infra octavam primas non habeat vespere? S. C. resp.: Negative quoad primam partem et affirmative quoad secundam, scilicet pro laud. sumendam esse antiphonam de secundis vesp. et pro 2. vesp. de Laudib.; in utroque tamen casu cum Vers. de 1. vespere. n. 4395 ad 6 die 18. Dec. 1779.

Ad dubium: Si pro facienda in Laudibus commemoratione alicujus diei infra octavam sumenda sit Antiphona ex eodem communi, unde sumpta est pro Officio: quaeritur: utrum in hoc casu servanda sit rubrica gener. de commemor. n. 8., ut scilicet sumatur ex 1. vesp., an vero sumi debeat ex 2. vesp., ex eo, quia dies infra octavam non habet primas vespere? S. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. n. 3827 ad 3 die 21. Junii 1710.

Ad dubium: Quando in Officio IX. Lectionum in Laudibus tantum Antiphona vel Versus variari debent pro commemoratione alicujus Sancti Simplicis, possuntne in Laudibus ipsis adhiberi Antiphonae et Versus ex I. Vesperis, quamvis P. Cavalieri asserat in Festo simplici non esse adhibendam eandem Antiphonam cum versu tam in Vesp. quam in Laudibus? S. C. resp.: „Servandas Rubricas Tit. IX. n. 8.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit, n. 5183 ad X. die 16. Aprilis 1853.

2) Distributio.

In distributione antiphonarum et reliquorum omnium, quae cantari debent a Canonicis, semper servandum esse ordinem antianitatis, non attenda majori habilitate et experientia modulandi. n. 1928 die 7. Sept. 1658.

3) In festo s. Euphemiae.

Ad dubium: An in Festo s. Cornelii, et Cypriani die 16. Sept., pro commemo-

ratione S. Euphemiae et Sociorum dicatur in primis Vesperis Antiphona: *Gaudent in Coelis*, et in Laudibus: *Istorum*?

Dubitatur et quaeritur: Utrum praedictae Antiphonae dicendae sint etiam quando Officium S. Cornelii, et Cypriani transfertur, ex quo occurrat in Dominica, an vero in primis Vesperis Dominicae dicenda sit Antiphona: *Istorum*, et in Laudibus Antiphona: *Vestri Capilli etc.*?

Et S. R. C. censuit respondendum: „Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam.“

Et ita declaravit. N. 3818 die 14. Dec. 1709.

4) Intonatio.

Vd. *Sedes ministrorum in missa etc.* (decr. n. 4603).

In Vesperis et Missis pontificalibus in intonatione antiph. servetur Caer. Episcop. I. II. c. I. videlicet: secunda primo Diacono, tertia Presbytero assistenti, quarta primo ex Canonicis, quinta secundo Diacono assistenti. n. 3551 ad 18 die 13. Mart. 1700.

De intonatione Antiphonarum servandam esse formam Caeremonialis (Lib. I. c. III.) ubi praescribitur, quomodo Antiphonae praeintonandae sint. n. 278 die 24. Sept. 1605.

Quoad Antiphonas in Vesperis Episcopo et Canonicis praeintonandas servetur forma Caeremonialis, ut scilicet Canonici Subdiaconus, qui in crastinum Epistolam cantaturus erit, illas Episcopo, Dignitatibus et caeteris Canonicis praeintonare debeat, quacunque allegata consuetudine in contrarium non obstante. n. 333 die 16. Dec. 1606.

Non potest Vicarius generalis, qui non est de numero Capitularium, praeintonare Antiphonas. n. 1773 die 29. Jan. 1656.

In Vesperis Antiphonas Episcopo et

Canonicis praetintonet, qui in Missa solemni sequentis diei Epistolam erit cantaturus. n. 288 die 28. Jan. 1606.

Antiphonae debent praetintonari ab eodem tam Episcopo quam Canonicis. n. 3851 ad 3 die 8. Apr. 1713.

Ad dubium: Utrum in Vesperis Paschae Antiphona: *Haec dies cantari* debeat ab Hebdomadario, vel ab eo tantum *intonari*, Choro vel Cantoribus prosequentibus, stantibus hic inde Assistentibus, et Ceroferariis cum Cereis, ut ad Capitulum?

S. eadem C... respondendum censuit. „Esse ab Hebdomadario intonandum.“

Atque ita rescribere rata est, et declarare. n. 5111 ad 4 die 11. Sept. 1847.

Ad dubium: Quum Antiphonas majores Sacri Adventus praetintonare soleant Digniores de Choro, quaeritur: an quando occurrit Officium feriale, in quo Antiphona major est illa Cantici *Magnificat*, praetintonari ipsa debeat ab altero ex Dignioribus juxta ordinem, vel ab Hebdomadario? S. C. resp.: „Etiam non obstante consuetudine in casu, de quo agitur, Antiphonam praetintonandam esse ab Hebdomadario juxta praescriptum a Caeremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 3. et detur Decretum in una Tropeien. die 24. Sept. 1605.“

Atque ita rescripsit, et servandum esse mandavit. Die 12. Nov. 1831. n. 4670.

5) Majores.

Rubricas de Antiphonis majoribus non excludere duplicia et semiduplicia etiam translata tunc incidentia. n. 1492 die 5. Mart. 1644.

Rubricas de Antiphonis majoribus non excludere duplicia et semidupl. etiam translata tunc incidentia, sed tam in 1. quam in 2. vesp. post orationem Festi ad *Magnificat* dicendas esse antiphonas majores feriae oc-

currentis pro commemorat. Adventus. n. 3278 die 17. Maji 1692; n. 3321 die 22. Aug. 1693.

Vd. *Antiphonae* (intonatio; decr. n. 4670).

6) In Officio defunctor.

Vd. *Officium def.* (Antiphonae)

7) Propriae.

Vd. *Hymnus* (propr., decr. n. 4044).

8) Surgendum est.

Vd. *Mansionarii; Canonici detecto cap. in choro; Martyr* (antiphon.) *Chorus* (quando standum).

Quando in Choro a Canonicis, Presbyteris etc. intonantur Antiphonae, Omnes debere surgere praeter hebdomadarium paratum. n. 4248 ad 1 die 4. Aug. 1663.

Canonicos Cathedral. Conversanac teneri insurgere detecto capite, quando alius *Canonicus* intonat aliquam antiphonam, prout insurgunt presbyteri Portionarii. n. 2524 die 24. Jan. 1671.

Surgere debent Canonici (Neapol.), quando ab ipsis cantatur Antiphona, et eodem modo Beneficiati, quando ab ipsis cantatur. n. 2845 die 20. Nov. 1677.

Inferiores Canonici debent surgere Canonice antiphonas intonantibus juxta Caer. l. I. c. XV. n. 9, n. 3535 ad 2 die 3. Oct. 1699.

Ad dubium Cathedr. Neapol.: an Canonici teneantur aperire caput, cum antiphona intonatur ab uno ex hebdomadariis et illi de quadraginta nuncupati, sicut etiam Clerici seminarii assurgere? S. C. resp.: Servetur consuetudo. n. 2891 die 17. Junii 1679.

Ad dubium: an cum chorus ex una parte surgit pro Intonatione antiphonae, possit aliquis ex eadem parte non surgere? S. C. resp.: Teneri omnes surgere. n. 3597 ad 13 die 10. Sept. 1701.

Canonici, Beneficiati et Mansionarii

assurgere debent detecto capite, quoties a Dignitatibus et aliis Canonicis in festivitibus solem. ante alicujus psalmi initium praecinuntur antiphonae sub poena mulctarum arbitrio Ordinarii. n. 3920 ad 3 die 10. Decembris 1718.

9) Tertia in 1. n. de comm. IV.

Dubitatur: In Communi Virginum Nocturno I., Antiphona III. *Revertere revertere*, an legendum *Sunamitis*, an *Sulamitis*?

S. C... rescribendum censuit:

Juxta votum Magistri Caeremoniarum nimirum:

„*Sunamitis* dicendum est.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 4930 ad X. die 11. Septbr. 1841.

S. ANTONINUS E. C.

Cf. *S. Petrus Urseol.* (Officium).

URBIS ET ORBIS.

Dilectus Deo et hominibus S. Antoninus Florentinorum Antistes, quum ab ipsa pueritia sibi proposuerit Deo plenissime adherere, vianque mandatorum ejus alacri semper gressu percurrere ponens in Domino spem suam, morum integritate, vitaeque sanctimonia promeruit, ut divinitus dirigeretur ad poenitentiam impietatis. Siquidem gubernans ad Dominum cor suum, optavit et datus est illi sensus ac spiritus sapientiae, omniaque bona pariter cum illa adeptus, super salutem et speciem dilexit illam, atque illius inextinguibili splendore adductus, in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Pastoralis dignitate et officio coonestatus, quasi Sol effulsit in templo Dei forma factus gregis ex animo, et sollicitè attendens sibi eidemque gregi, in quo Spiritus S. eum posuit

Episcopum regere Ecclesiam Dei, quam humani generis Redemptor acquisivit Sanguine suo, curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione. Propter quod vigilans, sibi que concreditorum fidelium commoda et utilitates inquirens, vix dici potest quantum prudentia, pietate, charitate, ac sacerdotali zelo in hoc munere excelluerit, non gloriandi, et acquirendi cupiditate, sed obediendi et subveniendi, et Deo placendi charitate. Nil aliud scire, nisi Jesum Christum et hunc crucifixum, omnibus, sive longe sive prope fuissent, evangelizavit pacem, evangelizavit bona non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, donec occurrit in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, et adeptus est coronam justitiae bono certamine legitime expleto, cursu integre consummato, ac fide sanctissime servata. Etsi insignis hujusmodi viri nomen undique inclaruerit, ac penes omnes ejus memoria in benedictione permaneat, attamen ut ejus cultus magis magisque augeatur, nonnulli Eui. et Rmi. D. S. R. E. Cardinales non minus quam plures amplissimi Antistites, ac in primis Rmus. Archiep. Florentinus cum Rmo. P. Magistro gen. Ordinis Praedicatorum, cujus Institutum juvenis adhuc S. Antoninus complexus est, SSmum. D. N. Gregorium XVI. P. M. humillimis precibus instantissime efflagitarunt, ut festum S. Antonini Ep. Conf., quod jamdiu ab universali Eccles. cum Officio et Missa sub ritu semid. instituitur, pro Clero tum Saec. tum Reg., non exclusis cujuscumque Ordinis Sanctimonialibus ad horas canonicas persolvendas adstrictis, ad ritum dupl. min. de speciali gratia elevare dignaretur. Enixis huiusmodi precibus a S. S. peramanter exceptis, referente infra-scripto S. R. C. Secretario X. Kal.

Sept. superiori anno 1844. benigne annuit juxta petita, attamen pro Italia tantum, et Insulis adjacentibus.

Verum quum idem Rmus. Florentinus Archiep. cum nonnullis aliis exterarum gentium Praesulibus, et Religiosorum Ord. Moderatoribus iterum supplicavit, ut enunciatum Indultum Italiae et Insulis adjacentibus concessum ad universalem extendatur Eccl., ac de mandato ejusdem S. S. novis hisce precibus actum fuerit in Ordinariis S. R. C. Comitibus ad Quirinales Aedes habitis VIII. Id. vertentis mensis et anni, Emi. et Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt: „Pro gratia, et ad D. Secretarium cum Sanctissimo.“

Supra quibus omnibus facta iterum SSmo. D. per Secretarium fideli relatione, ipsa S. S. rescriptum S. C. auctoritate Apost. confirmans, edixit ut deinceps festum S. Antonini Ep. Conf. ab universali Eccl. recolatur cum Officio et Missa jam concessis sub ritu dupl. min.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5034 die 12. Sept. 1845.

S. ANTONIUS.

1) Imago.

Vd. *Processio alic. Sti. infra octav. Corp. Chr.; Imago (incensatio).*

PP. Capucinis Neocastri licet retinere, processionaliter publice deferre et respective publice exponere in propria et in alienis Ecclesiis statuam s. Antonii in habitu capuccino; item licere in publicis functionibus ecclesiasticis tam intus propriam Ecclesiam quam extra et in processionibus tam publicis quam privatis uti vexillis, velis, palleolis, planetis, pluvialibus vel similibus mobilibus, ubi sunt depictae, sculptae vel impressae Imagines s. Antonii cum habitu capuccino. n. 3761 ad 1 et 2 die 22. Jan. 1707.

Ad dubium: an eisdem P. Capucinis subtus Imagines ejusdem s. Antonii et s. Francisci depictas, sculptas vel impressas cum eorum habitu et caputio tam intus Ecclesiam et conventum quam extra et signanter in parietibus et frontespitio eorum Ecclesiae sint permittendae inscriptiones indicantes: illas esse effigies s. Antonii de P. et s. Francisci de Assisio cum veriori forma habitus ipsius s. Francisci, vel potius sint delendae et cancellandae et in futurum prohibendae in casu? S. C. resp.: Ad primam partem negative et ad secundam affirmative. n. 3761 ad 3 die 22. Jan. 1707.

2) Vigilia, Transl., Patronus.

(De Glor. et Credo in ejusdem missa, Vd. *Missae votiva de Sancto.*)

A Fratibus s. Francisci in Vigilia s. Antonii de Padua, quae in festum SS. Corporis Christi aliquando incidit, jejunandum vel a carnibus abstinendum fore. Verum eo casu jejuniium hujusmodi fer. IV. die immediate antecedente festo SS. Corp. Chr. anticipandum, ne pia universalis Ecclesiae ac solemnioris festi laetitia particularis et minus dignae celebritatis poenitentiali praevisione decrescat... n. 1983 die 24. Maji 1659.

Festum s. Antonii de Padua, quod in Religione celebratur sub ritu dupl. II. cl., si occurrat in die Corp. Chr., debet transferri post Octavam. n. 2284 ad 2 die 12. Julii 1664.

Ad relationem: Contingit aliquando festa ss. Bernard. Sen. et Antonii de P., quae in Religione Franciscana celebrantur sub ritu dupl. 2. cl. cum octava, ex impedimento aliarum octavarum privileg. et aliorum subsequentium festorum ita transferri, ut de ipsis recitari non possit, nisi unica die de festo principali. Ideo quaeritur: an in tali casu possint dicti Re-

ligiosi in 2. n. recitare lectiones appositas in Brev. rom. pro universo Clero, cum in ipsis contineatur cujuslibet dictionum SS. vita in compendio, quam Religiosi recitant per totam octavam? S. C. resp.: *Posse recitari.* n. 2988 ad 10 die 13. Junii 1682.

Ejus festum cadens infra oct. Corp. Chr. in Regno Lusitaniae, Vd.: *Octava Corp. Chr.* (Officia infra octav. etc.; nota ad decr. n. 4538).

„La Festa di S. Antonio di Padova nel 1801. fu elevata al rito di doppio di prima classe, e stabilita di doppio precetto coll'Octava, e coll'Indulgenza plenaria. Ora che è stata tolta per le Provincie; *Quaeritur:* se s'intenda ritornata al rito di doppio minore, ed abolita l'Indulgenza?“

Et S. R. C. declaravit:

„Si S. Antonius Patavinus est principalis Patronus, ejus Festum transferendum erit ad Dominicam infra Octavam, servata forma Brevis cum omnibus Indulgentiis, privilegiis, praerogativis competentibus principalibus Patronis: Quatenus vero Patronus non sit, sed alio titulo elevatum fuerit Festum ad ritum dupl. 1. cl. cum Octava, retinere poterit hunc ritum simul cum Indulgentia, sed in die propria: cessabit vero praeceptum audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus.“

Et ita etc. n. 4554 ad 1 die 18. Oct. 1818.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Duo sunt, quae SSmus. D. N. per Literas in forma Brevis expeditas die 10. Apr. anni proximi praeteriti ad consulendum conscientiae, simulque succurrendum egestati, et necessitatibus eorum, qui ex labore, et industria vivunt, provide clementerque indulsit. *Primum*, quod in utriusque Siciliae Regno, praeter Festa nominatim enumerata rigore servanda sub utroque praecepto; in aliis nedum possint ser-

villa opera exerceri, verum etiam cesset stricta obligatio interessendi Sacro. *Secundum*, quod Festa Patronorum principalium una cum Officio et Missa transferantur ad diem Dominicum proxime sequentem. Sed per hujusmodi dispositiones nihil prorsus immutatum fuit quoad ritum Officiorum, nec derogatum specialibus concessionibus, nisi in ea parte, quae respicit praeceptum, quod modo per praefatum Breve sublatum est. Hisce adnumeratur *Festum S. Antonii Patavini elevatum ad rit. dupl. 1. cl. cum Octava*, et sub utroque praecepto servandum. Quippe per antedicti Brevis indultum remissum est onus illud sub praecepto servandi, sed nihil innovatum quoad ritum, et indulgentiam. Quod si S. Antonius in aliqua Civitate vel Loco sit unicus et principalis Patronus, juxta formam praefati Brevis, ad proximum sequentem Dominicum diem ejusdem Festum erit perpetuo transferendum, nisi Episcopus, utens facultate sibi tributa in altero Brevi sub datum diei 15. Oct., ejusdemque servata forma, indulgeat, ut propriam sedem retinere valeat cum omnibus praerogativis ac privilegiis, quibus Patronorum Festa distinguuntur. —

Ad dubium: Universi utriusque Siciliae Regni Populi inter Sanctos Patronos elegerant atque adsciverant S. Antonium Patavinum Confess., electione approbante et confirmante SSmo. D. N. Pio VII. P. M., qui sub die 2. Jun. 1801 Sancti praedicti Festum in iisdem Regnis sub utroque praecepto servandum edixit rit. dupl. 1. class. cum Octava pro Clero saeculari, et *absque Octava pro Regularibus*. Interea sub die 10. Aprilis 1818 datae sunt Literae Apostolicae pro observantia et reductione Festorum in Siciliarum Regnis, in quibus quoad SS. Patronos sancitum est: Pro Urbe vero Neapolis tantum retineantur Festa S.

Januarii et Antonii de Padua; ac pro Urbe Panormi Festum S. Rosaliae V., assignato die Festo Patronorum peculiarium locorum et Civitatum, proxime sequente die Dominico. Hinc Dubium: „An in universa parte Regni trans Phorum Festum S. Antonii transferendum sit cum respectiva celebratione Officii, Missae et Octavae ad proximum diem Dominicum; vel faciendum in propria 13. Junii cum Octava, sed sine praecepto abstinendi ab operibus servilibus et adstandi Sacro? S. C. resp.: „Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.“ n. 4594 ad 1 die 12. Apr. 1823.

NOTA GARDELLINI:

Simili dubio a S. R. C. provisum jam fuerat in Aquilana sub die 18. Octobris 1818. Cum enim vigore Brevis expediti die 10. Aprilis ejusdem anni super reductione Festorum pro utriusque Siciliae Regnis, illud S. Antonii Patavini retinendum sit sub utroque praecepto in propria die dumtaxat Neapoli; ideo idem Sanctus in aliis Civitatibus et locis, in quibus non est peculiaris Patronus, etsi retineat juxta concessionem ritum primae classis, amoveri tamen non debet a die in Directorio assignata, neque ad sequentem Dominicam transferri, sed dempto onere interessendi Sacro, et abstinendi a servilibus: translationem vero obtinebit ad proximam Dominicam, ubi principe Patronatu gaudet, veluti in laudato Brevis de Patronis principalibus locorum sancitum est, (vide adnotationem ad laudatum Decretum 18. Octobris 1818), nisi Episcopus juxta facultates locorum Ordinariis tributas in altero Brevis expedito die 15. Octobris ejusdem anni, servataque forma ibi praescripta, indulgeat, ut Festum S. Antonii Patavini, ubi Patronus principalis est, propriam sedem retineat.

S. APOLLONIA.

Vd. *Lectiones non approbatae.*

APPARITIO S. MICH. ARCH.

(Transl.)

Fratres excalceatos S. M. de Mercede Ordinis Redemptionis Captivorum in occurrentia festorum Ascensionis Dom. et Apparitionis s. Mich. Arch., *Patroni eorum Ordinis*, debere transferre Officium s. Michaelis, non obstante quacunque consuetudine et contraria observatione. n. 2147 die 21. Jan. 1662.

APPLICATIO MISSAE.

1) Conventualis de Req.

Vd. *Missae conv.*

2) In die Commemor. Omn. fidel. defunct.

Vd. *Missae de Req.* (applicatio).

In die Commem. Omn. Fidel. def. Sacerdotes in missis de Requiem possunt Sacrificium applicare ad libitum. n. 2241 ad 9 die 4. Aug. 1663; n. 4119 ad 4 die 2. Sept. 1741.

Ad dubium: an in die Commemor. Omn. Fidel. def. licitum sit applicare missas in particulari ad libitum celebrantis et a petentibus easdem missas eleemosynam accipere, seu potius debeant applicari missae secundum intentionem s. Matris Ecclesiae pro omnibus Fidel. defunct., licet pro missis dentur eleemosynae? S. C. resp.: Detur decret. de 4. Aug. 1663 (ut supra); n. 3819 ad 5 die 14. Decbr. 1709.

3) Episcopi.

Vd. *Missae conv.* (tempus; decr. n. 4669).

Ad dubium: Episcopi tenentur ad applicationem Missae pro ovibus post adeptam possessionem, an statim ac electi sunt in Consistorio? S. C.

resp.: „Post adeptam possessionem.“ n. 4669 ad 22 die 12. Nov. 1831.

4) Pro Monialibus.

Supplicat Archiep. Quebecens. declarari: an Cappellani Monialium curae praepositi ad Missam pro iisdem Monialibus diebus Dom. et festivis de praecepto applicandam teneantur?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit: „Non teneri, quum non sint Parochi.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 4988 ad 4 die 7. Decbr. 1844.

5) Parochi pro populo.

Vd. *Festum de praecepto* (decr. n. 1411); *Regulares* (Officium; decr. n. 5050).

Cum nonnulli ex Parochis intra fines Ducatus et Dioecesis Camerinen., unum dumtaxat Principem Patronum in unoquoque loco sub utroque praecepto venerandum colendumque contenderent, scilicet S. Venantium Camerinensem, posthabitis peculiaribus cujusque loci Patronis principalibus, in quorum festis sese exemptos assererent ab onere applicationis pro Populo, prout per plures annos egerant. Institutum praeterea fuit in C. Ordinaria S. R. pro declaratione: An festum utriusque Principis Patroni Status scilicet Camerinen., et uniuscujusque loci, celebrandum foret sub utroque praecepto? Et num Parochi omnes in praefatis Festis tenerentur applicationi Missae pro Populo? Ac tandem quid agendum pro hujusmodi applicationibus omissis? ut in supplici libello sequentis tenoris:

Emi. e Rmi. Signori. „Lo stato di Camerino, che forma Provincia separata affatto dall'Umbria, e dal Piceno, venera come Protettore principale S. Venanzio Martire, e ne celebra la Festa con rito doppio di 1. classe, coll'Ot-

tava, e ne osserva la Festa di precepto.“

„Quasi tutti i singoli Paesi contenuti dentro i limiti di esse Stato, hanno i rispettivi particolari Protettori principali canonicamente eletti, confermati dalla Sagra Congregazione de'Riti, e assegnati ac medesimi sempre dal Calendario Dioecesano di Camerino col rito conveniente a tali Santi di doppio di 1. classe coll'Ottava, e con tal rito se ne celebra effettivamente in ogni luogo la Festa.“

„Costa apertamente dalla Costituzione della S. M. di Urbano VIII., che comincia Universa §. 2; non che da moltissimi celebri Autori, segnatamente dai Salmaticesi, Ferraris, Merati etc., che tanto l'una, che l'altra Festa di tali Protettori, del Protettore cioè di Provincia, e del Protettore del Luogo contenuto nella stessa Provincia, siano di precepto coll'obbligo di ascoltare la Messa, e di astenersi dalle opere servili.“

„Alcuni Parrochi, ciò non ostante, sono fissi nel sostenere, che la Festa de Protettore del Luogo particolare non è di precepto, perche si osserva di precepto la Festa del Protettore della Provincia, e si dispensano dall'applicare pro Populo, e permettono le opere servili.“

„Per togliere tali disordini, e quelli, che da essi derivano, si supplica per la formale dichiarazione, che l'una, e l'altra Festa dello Stato, et Ducato di Camerino e precettiva, e che sono tenuti a rimettere, o ad ottenere l'assoluzione per le Messe pro populo da essi tralasciate. Che etc.“

S. eadem R. C., ad relationem Emi. et Rmi. D. Card. de Somalia eidem C. Praefecti ac Relatoris, habita prius informatione de praemissis per R. Vic. Cap. Camerinen. scripto pandita respondit: „Servandum esse de praecepto utrumque Festum, et Parochos teneri